



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Qvo Eivsdem Philosophia, Mathesis Et Chronologia: Sive De Natura Rerum,
Ratione Temporvm., Sex Mvndi Ætatibvs, Philosophiæ Elementis; Et Alii
Vtilissimi Simvl Et Cvriosi Tractatus


Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De arca Noe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72047](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72047)

SIMILITUDO ARCE NOE



Arca Noë sine dubio Ecclesie typum tenet, quia sicut illa super fluctus mundi hoc atque in linguam figurata ferebatur, ita Ecclesia in procelloso mundo diversis tempestatibus & calamitatibus huius seculi quatitur: & sicut in arca Noë non solum mandata, sed etiam animalia fuerunt (habuit enim homines, habuit & serpentes) ita & in domo magna, dicitur, Christi Ecclesia varia diversa sunt alia quidem in honorem, alia in contumeliam.

BEDÆ PRESBYTERTI DE LINGUIS
GENTIUM TRACTATUS.

LINGUARUM diversitas exorta est in ædificatione turris post diluuium. Priusquam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam diuisit societatem, una omniumnationum lingua fuit, quæ Hebræa vocatur, quæ Patriarchæ & Propheta usi sunt non solum in sermonibus suis, verum etiam in literis sacris. Inisio autem quot gentes sunt, tot linguæ fuerunt. Deinde plures gentes quam linguæ, quia ex una lingua multe sunt gentes exortæ: linguæ autem dictæ in hoc loco pro verbis: quæ quia per linguam sunt genere locutionis illo, quia his efficit, per id quod efficitur, nominatur: sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro literis. Tres sunt autem linguæ sacræ: Hebræa, Græca, Latina, quæ toto orbe maxime excellent: His enim tribus linguis super crucem Domini à Pilato fuit causa ejus scripta. Unde & propter obsecrationem sanctarum Scripturarum, harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur, dum siquam dubitationem nominis vel interpretationis sermo unius linguæ attulerit. Græca autem lingua inter cæteras gentium clarior habetur. Est enim & Latinis & omnibus linguis sonantior, cujus varietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur *æolice*, id est, mixta sive communis, quæ omnes utuntur. Secunda, Attica est, videlicet Atheniensis, quæ ab Æolibus locutus dixerunt, & sunt in observatione Græcæ linguæ ejusmodi cetera discrimina. Quinta, Æolica, quæ se Æolibus locutus dixerunt, & sunt in observatione Græcæ linguæ ejusmodi cetera discrimina. Sermo enim eorum ita est dispersus. Latinas autem linguas quatuor esse quidam dixerunt, id est, præscam, Latinam, Romanam, mixtam. Præscam est, quæ vetustissimi Italiæ sub Jano & Saturno sunt usi incondita, ut se habent carmina aliorum. Latina, quam sub Latino & Regibus Tusciæ ceteri in Latio sunt locuti. Ex qua XII. tabulæ fuerunt scriptæ. Romana, quæ post Reges exactas à populo Romano gesta est, quæ Nevius, Plautus, Ennius, Virgilius Poëtæ: & ex Oratoribus Græcus Cato & Cicero, vel ceteri effuderunt. Mixta, quæ post imperium latius promotum, simul cum moribus & hominibus in Romanam civitatem irrupit, integritatem verbi per solecismos & barbarismos corrumpens. Omnes autem Orientis gentes in gutture linguam & verba collidunt, sicut Hebræi & Syri. Omnes mediterraneæ gentes in palato sermones ferunt, sicut Græci & Asiatici. Omnes Occidentales verba in dentibus frangunt, sicut Itali & Hispani. Syrus & Chaldaus vicinus Hebræo est sermone, consonans in plerisque & literarum sono. Quidam autem arbitrantur linguam ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldaeis fuit. Quod si hoc recipitur, quomodo in Daniele Hebræi pueri linguam quam non noverant, doceri jubentur. Omnem autem linguam unusquisque hominum, sive Græcam, sive Latinam, sive cæterarum gentium, aut audiendo potest tenere, aut legendo ex præceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit cuiquam, nemo tam desidiosus est, ut in sua gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandum est, nisi animalium brutorum deterior? Illa enim propriæ vocis clamorem expriment, iste deterior, qui propriæ linguæ caret notitiâ. Cujusmodi autem linguæ locutus est Deus in principio mundi, dum diceret: Fiat lux: invenire difficile est: nondum enim erant linguæ. Item quæ linguæ insonuit postea exterioribus hominum auribus. Maximum ad primum hominem loquens, vel ad Prophetas, vel dum corporaliter sonuit vox dicentis Dei: Tu es filius meus dilectus. Ubi à quibusdam creditur illa lingua una & sola, quæ fuit antequam esset linguarum divisio. In diversis quippe gentibus creditur, quod eadem linguâ illis Deus loquatur, quæ ipsi homines utuntur ab eis intelligatur. Loquitur autem Deus hominibus non per substantiam invisibilem, sed per creaturam corporalem, per quam etiam & hominibus apparere voluit, quando locutus est. Dicit enim Apostolus: Si linguæ hominum loquar & Angelorum, ubi queritur quæ linguæ Angeli loquantur. Non quod Angelorum aliquæ linguæ sunt, sed hoc per exaggerationem & acervationem dicitur. Item queritur, quæ linguæ in futurum homines loquantur: nunquam reperitur: nam dicit Apostolus: Si linguæ cessabunt.

DE LINGUIS GENTIUM, FINIS.